



Per.
Lat
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 1-422-15).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 2-686-34).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936-37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A-37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

Oratio gubernatoris Hungariae.

Finitā classicā¹ pompā¹ Neapolitanā Victor Emanuel rex et imperator ad honorem hospitis Nicolai Horthy gubernatoris regni Hungarici in cenatione² praefectorum² classiariorum² navis³ praetoriae³ prandium apparavit. Post prandium gubernator hanc orationem⁴ animos⁴ commoventem,⁴ et quae⁵ omnibus⁵ documento⁵ esset, habuit:

Regia et Caesarea Maiestas! Celsissime⁶ Princeps⁶! Commilitones⁷ navales⁷! Cum ista verba facio, iterum revertor ad familiam nauticorum⁸ omni admiratione dignissimum, quae sicut mare, immensa est eademque omnes totius orbis terrarum complectitur nauticos a tenuissimis⁹ piscatoribus usque ad praefectum¹⁰ classis¹⁰; omnes viri, qui cuiusvis sint nationis, con-

tinuo¹¹ inter se noscitant, quippe qui assiduo saevientis maris periculis atque formidinibus¹² obluentur.¹³

Cum in maximo populorum concursu inexplicabili¹⁴ quodam fato impulsus nos nautici quoque inter nos navibus occurreremus, oculi non odio inflammati ardebant, ut

¹ a hajóhad diszszemléje = Flottenparade = parade maritime ² tengeri tiszti étkező = Marine-Officersmesse = mess ³ parancsnoki hajó = Flaggschiff = vaisseau amiral ⁴ megható = rührend = impressionnant ⁵ tanulságos = lehrreich = instructif ⁶ (Umberto heres regni) Fel-séges Uram = Euer Hochheit = Sire ⁷ tengerészbajtársaim = meine Kameraden von der Marine = camarades marins ⁸ tengerész = Seemann = homme de mer ⁹ egyszerű = einfach = simple ¹⁰ tengernagy = Admiral = amiral ¹¹ azonnal = im ersten Augenblick = du premier bond ¹² rém = Schrecken = épouvante ¹³ küszködni = ringen = lutter ¹⁴ kifürkészhetetlen = unerforschlich = insondable



Rex Italarum et N. Horthy.

illis, qui inter fossas¹⁵ militares¹⁵ angusto dis-
iuncti limite pugnam¹⁶ internecivam¹⁶ pugna-
bant. Nos nautici oculos per maria circum-
tulimus destinato¹⁷ intenti, solum id ad cal-
culum¹⁸ vocantes¹⁸ an tormentorum functio
subtilis¹⁹ accuratave¹⁹ sit, quāque agilitate ac
strenuitate artes pugnae navalis adhibeantur.
Nostra pugna est instar²⁰ nobilis gymnicorum
certaminis, in quo nulla relinquatur simultas,²¹
adeo, ut qui nunc adversarius sit, postea fut-
urus sit amicus.

Post duodeviginti annos iterum maris
auram et odorem haurienti²² iterumque pon-
tem²³ praefectorium²³ intremescere²³ sentienti,
quomodo animus affectus sit, haud difficile
est intellectu.

Hoc temporis²⁴ sancto²⁴ momento,²⁴ cuius
augustā²⁵ gravitate²⁵ animus imbutus est,
ex imo pectore gratias maximas ago pro pul-
cherrimo magnificentissimoque spectaculo,
cuius ut hodie compos²⁶ esse, mihi feliciter
contigit. Memoria istarum horarum, quas
Vestra felix terra mihi summā²⁷ cum obser-
vantia²⁷ officiosissime²⁷ mihi obtulit, una
omnium, dum vivam, pulcherrima erit. A mari
Hadriatico, pro cuius possessione nobilissimum




Miklas praeses Anstriae et N. Horthy.

certaveramus certamen, Italicae naves novis
et maioribus obvertunt²⁸ maribus gubarnacula,
novas et insigniores laudes petiturae. Hae
naves, quae iam firmissima et instructissima
totius orbis terrarum classis sunt, disciplinā
imitatione dignā victoriae²⁹ certae²⁹ in longin-
quis finibus futura sectantur.³⁰

His sensibus imbutus³¹ hoc poculum pro-
pino³² salutem Vestrae Regiae et Caesareae
Maiestatis et excellissimae domus regnatricis,
sanitati Ducis, cuius nomen iam symbolum
factum est et felicitati Regiae Italicae classis.

Car. Acs.

¹⁵ lövészárók = Schützengraben = tranchée ¹⁶ élet-
halálharc = ein Kampf auf Leben und Tod = combat à
mort ¹⁷ célpont = Zielpunkt = point de mire ¹⁸ számí-
tásba venni = einer Berechnung unterwerfen = supputer
¹⁹ precíz és pontos = präzís und genau = précis et exacte
²⁰ olyan mint = gilt wie = tel que ²¹ harag = Rankune =
rancune ²² szívní = atmen = aspirer ²³ parancsnoki hid
megremegése = das Erzittern der Kommandobrücke =
l'ébranlement de la passerelle de commandant ²⁴ ünnepe-
lyes pillanat = feierlicher Augenblick = moment solennel
²⁵ fenséges áhitat = Weihe = majesté ²⁶ részszedni =
teilhaftig werden = participer à qch ²⁷ olyan meleg szívé-
lyességgel és figyelmességgel = mit selten warmherziger
Aufmerksamkeit = avec une obligeance si chaleureuse
²⁸ fordítják = zuwenden = tourner vers... ²⁹ győzelemre
készen = mit Siegesbereitschaft = prêts à vaincre ³⁰ keresni
= suchen = chercher ³¹ eltelve = erfüllt = pénétré de...
³² emelem = erhebe ich = je lève



Gubernator noster veteres verosque amicos
Hungariae, Italos Austriacosque adiit.¹ In
Italia non solum ab rege Victore Emanuele
Mussolinioque duce, sed etiam ab Summo
Pontifice², Pio XI. honorificentissime acceptus
est, qui promisit fore, ut conventus³ eucha-
risticus anni 1938., nono centenario mortis Sancti
Stephani, primi regis Hungariae, in urbe Buda-
pestino ageretur.⁴ Hic praeter orationem guber-
natoris in Italia habitam etiam descriptionem
sollemnium Vindobonensium publicamus, quam
nobis rogantibus Otto Schmied, socius laboris
nostri⁵ latinitatis peritissimus, composuit, cui
igitur singularibus verbis gratias agendas esse
putavimus.

¹ meglátogatni = besuchen = faire une visite ² pápa =
Papst = pape ³ kongresszus = Kongress = congrès ⁴ tar-
tani = halten = tenir ⁵ munkatárs = Mitarbeiter = col-
laborateur

Vindobonae, pr. Kal. Dec a. MCMXXXVI.

Carissime moderator Iuventutis!

His diebus festis, quibus amplissimi viri¹ rerum¹ civilium¹ Hungariae intra moenia Vindobonensia versantur, animus me fert Vobis, amici Hungarici, gaudium nostrum exprimere, quod Vester celeberrimus gubernator Nicolaus e nobilibus *Horthy de Nagybánya*, qui ante ne viginti quidem annos etiam *noster* Horthy fuit, ille clarissimus et ultimus praefectus² caesareae et regiae classis² Austrohungaricae, cum coniuge sua et primis ministris Hungariae nostram patriam cum Vestra per tot saecula artissime coniunctam connexamque visitaverunt.

Dum Vindobonae aedificia publica et privata vexillis non solum Austriacis, sed etiam tricoloribus Hungaricis ornatissima sunt et regia «ad fontem pulchrum»³ eiusque horti cum aquis salientibus,⁴ monumentis, statuis lumine quasi magico collustrantur, dum illustrissimi hospites a culminibus⁵ rei publicae atque exercitūs et praesentis et pristini — praesertim navalis — summā sollemnitate pompāque celebrantur eisque, ubicumque in plateis⁶ conspiciuntur, a Vindobonensibus magna cum laetitia acclamatur,⁷ nos quoque animis gaudio superbo tumescentibus⁸ indultur⁹ sumus, quod nostrae civitates pristinae communis gloriae haud immemores in dies magis amicitia coniunguntur ac confoederantur eoque¹⁰ in dies magis auctoritate convalescunt. Quod eo maioris¹¹ momenti¹¹ est, quo minus illa societas¹² gentium¹² paulatim evanescens¹³ mundi pacem instigationibus communistarum labantem¹⁴ tutam praestare posse videtur.

In cuius locum novam societatem in iustiore ac firmiore fundamento positam ex illa ami-

citia et foederibus cum Germania redintegrata, Hispania recentissima, Italia, Iaponia et aliis civitatibus sanctis* vel sancientibus* evasuram esse Tecum et cum ceteris Hungaris pro sancto iure patriae atrocissime mutilatae¹⁵ pertinaci-



Reconstructio Fori Romani cogitatione ficta (pag. 53.).

ter et, ut spero, mox feliciter contententibus¹⁶ sperat

Tuus Tibi amicissimus et
«Iuventutis» studiosissimus

Otto Schmied (Vindobonensis.)

¹ államférfiú = Staatsmann = homme d'État ² tengeragy = Admiral = amiral ³ Schönbrunn ⁴ szökőkút = Springbrunnen = jet d'eau ⁵ főemberek = Spitzen = notabilités ⁶ utca = Strasse = rue ⁷ éljenezni = «hoch» (= heil) rufen = acclamer ⁸ duzzadó = schwellend = gonflé ⁹ átengedni magát = sich überlassen = être tout (au plaisir) ¹⁰ s ezáltal = und dadurch = et par là ¹¹ jelentőségű = von Bedeutung = d'importance ¹² népszövetség = Völkerbund = la Société des Nations ¹³ meggyengülni = schwächer werden = décliner ¹⁴ roskadozó = zusammen zu brechen drohen = précaire * : foederibus ¹⁵ megcsontított = verstümmelt = mutilé ¹⁶ küzdő = kämpfend = combattant.

In Hispania cum neque communistae fascistas, neque fascistae hostes patriae Madrito pellere possint, urbs quondam pulcherrima monumentisque ornata paulatim solo¹ aequatur.¹ Russi manifesti sunt id agentes, ut bello

¹ földdel egyenlővé tenni = dem Erdboden gleich machen = raser

universo redintegrato ubique rerum² potiri² possint. Quare Germanis cum Japonis convenit, ut instigatores³ a communistis internationalibus (vulgo: *Comintern*) missos amoverent. Cetera regna, quae se a communistis perturbari non patiuntur, sunt: Italia, Austria, Hungaria, Helvetia et Polonia.

In urbe Gratianopoli⁴ fabrica aedifata est, ubi formidines⁵ avium⁵ receptore⁶ radiophonico⁶ instructae construuntur.

Medici Brasiliiani suadent eis, qui a viperis aut aliis venenosis anguibus mordentur, ut vulneribus 3—4 hirudines⁷ imponant, quae cum sanguine etiam venenum exsugunt.⁸

Rumani, quamquam fratres Itolorum se dicunt, tamen Mussolinium ducem odiosum putant, quia revisionem pacis Trianonicae necessariam esse dixit. Nuper ephemeris «Glas Romanesc» ita minabatur: «Si Mussolini Hungaros e carcere Rumanico liberare vult, nos adiuvere eum possumus: noctem Sancti Bartholomaei instituemus et postea Itali, si advenerint, cadavera⁹ Hungarorum in Transsilvania colligere poterunt». Haec et talia nationum societas Genevae nescire videtur.

Eduardus VIII. rex Angliae omnibus suis populis aegre ferentibus in privatam vitam concessurus imperium deposuit. Successor frater eius: Albertus princeps Eboracensis erit.

² hatalomra jutni = die höchste Gewalt erlangen = s'emparer du pouvoir suprême ³ uszító = Aufwiegler =

agitateur ⁴ Grenoble ⁵ madárijesztő = Vogelscheuche = épouvantail ⁶ rádiókészülék = Radioapparat = appareil radiophonique ⁷ pióca = Blutegel = sangsue ⁸ kiszívni = aussaugen = sucer ⁹ hulla = Leichnam = cadavre

Roma quarta. I.


Ex script. A. Berzeviczy; libere conv. Aem. Láng.

Licet notio¹ Romae cum idea² universitatis³ et singularitatis⁴ atque aeternitatis artē coniuncta sit, respectu⁵ immutationum⁶ magnarum status civitatis per duo milia annorum, in progressibus⁷ rerum⁸ publicarum⁸ eius historicis⁷ plures aetates⁹ discernimus. Ita dicimus de *Roma prima*, quae primum caput¹⁰ gentis Romanorum, deinde imperii Romani exstitit; de *Roma secunda*, quae dilapso¹¹ imperio Romanorum occidentali, cum potestas Pontificum¹² effloresceret, *Roma papalis*¹³ facta est; denique de illa *tertia*, quae simul cum Unitā Italiā exortā domicilium regni regumque Itolorum ac medius¹⁴ universae Ecclesiae catholicae locus¹⁴ et sedes¹⁵ Pontificum facta est.

Si novos casus¹⁶ proximi¹⁷ decenniis considerēs, facile intelligas in vita urbis aeternae novam incipere aetatem: adeo discrepat hodierna Roma ab antedecennali. Quam immutationem non fors tulit, sed ea est propositus¹⁸

¹ fogalom = Begriff = notion ² eszme = Idee = idée ³ egyetemesség = Gesamtheit = universalité ⁴ egyedülvalóság a maga nemében = Einzigartigkeit = unicité ⁵ tekintettel = mit Rücksicht auf = en considération de ⁶ változás = Veränderung = changement

⁷ történelmi fejlődés = historische Entwicklung = évolution historique ⁸ államiság = Staatswesen = vie politique ⁹ korszak = Epoche = époque ¹⁰ főváros = Hauptstadt = capitale ¹¹ bukása után = nach d. Untergang = après la chute ¹² pápa = Papst = pape ¹³ pápai = päpstlich = pontifical ¹⁴ középpont = Mittelpunkt = centre ¹⁵ székhely = Residenz = résidence ¹⁶ esemény = Ereignis = événement ¹⁷ legutóbbi = letzt = dernier ¹⁸ célbavett eredmény = beabsichtigter Ausgang = résultat proposé




Ruine Fori Romani.

exitus¹⁸ indefessi laboris, est effectus¹⁹ audacis incepti²⁰ atque consilii,²⁰ quod Mussolini, illustris novae Italiae dux atque alter conditor eius, reputando²¹ quantam antiqua Roma vim habuisset populos cultiores²² reddendi, cepit.

Mussolini, ex quo ad²³ rem publicam²³ accesserat,²³ consequenter ac usque²⁴ urbi et orbi praedicat hodiernam Romam non solum metropolin²⁵ frequentem iuvenalis nationis Italarum esse, sed etiam mirandum caput fieri debere omnium gentium Latinarum atque Italos non tantum heredes esse, sed etiam ubique gentium propagatores²⁶ mentis²⁷ Romanae.

Sane ab illo acute²⁸ arguteque²⁸ excogitatum fuisse mihi videtur, ut antiquā Romā resuscitandā novae maiorem vim²⁹ ac auctoritatem adderet. Homines medii³⁰ quin³¹ et³¹ novi³⁰ aevi³⁰ — quamvis interdum imprudentes — id laborabant, ut claritate dominationis papalis et divinā vi victrici cultūs Christiani famam paganae³² Romae superando obscurarent. Diu reliquiae monumentorum Antiquitatis³³ prope systematice diruebantur, ut materiis eorum ad nova aedificia exstruenda uterentur. Tempore antiqui cultūs renascentis honos monumentorum Antiquitatis per omnes gentes venerabilior diffundebatur, species³⁴ optimae cultūs³⁵ atque humanitatis³⁵ politioris³⁵ paganorum temporum in litteris et artibus redintegrabantur,³⁶ ratio³⁷ et inclinatio³⁷ nova artis ad exempla³⁸ Antiquitatis informabantur, quae³⁹ tamen miracula⁴⁰ praeteritorum temporum diruta renovare non potuerunt. Ex castello⁴¹ angeli⁴¹ paparum Mausoleum⁴² Hadriani vix adnoscendum⁴³ erat, neque ex domibus modernis montis Capitolini quisquam suspicari⁴⁴ potuit, quid fuisset Capitolium antiquis Romanis. Circum theatrum Marcellianum tabernae⁴⁵ exstructae sunt, in foro Romano boves pascebantur et inter ruinas palatiorum Caesareorum in monte Palatino Paulus



Mausoleum Hadriani.

III. papa ex principibus Farnese hortos aedificavit.⁴⁶

Reliquiae dispersae et maximam partem humo tectae expectationem eorum, qui Romam visebant, destituerunt,⁴⁷ intelligebant enim ex illis imaginem Romae antiquae veram

¹⁹ befejezés = Vollendung = effet ²⁰ tervszerű vállalkozás = planmässiges Unternehmen = entreprise préméditée ²¹ mérlegel = erwägen = peser ²² művelt, nemes = gebildet, veredelt = cultivé, généreux ²³ államszolgálatba lépni = sich dem Staatsdienste widmen = passer au service de l'État ²⁴ folytonosan = fortwährend = continuellement ²⁵ anyaváros = Mutterstadt = métropole ²⁶ továbbterjesztő = Fortpflanzer = propagateur ²⁷ gondolat = Gedanke = esprit ²⁸ éles elmével és szellemesen = scharfsinnig u. geistreich = d'une sagacité ingénieuse ²⁹ jelentőség = Bedeutung = importance ³⁰ közép- és újkor = Mittelalter u. Neuzeit = le moyen âge et l'âge moderne ³¹ sőt = sogar = de plus ³² pogány = heidnisch = païen ³³ ókor = das Altertum = l'antiquité ³⁴ ideál, mintakép = Ideal, Musterbild = modèle ³⁵ finomabb műveltség és tanultság = feinere Kultur u. Bildung = d'une civilisation et d'une culture avancées ³⁶ felújulni = neu aufleben = renaître ³⁷ szellemi irány = Geist u. Richtung = tendance spirituelle ³⁸ minta, példa = Vorbild, Muster = modèle, exemple ³⁹ ezek a törekvések = diese Bestrebungen = ces tendances ⁴⁰ acc. : opera mirabilia ⁴¹ angyalvár = Engelsburg = château Saint-Ange ⁴² síremlék = Grabmal = mausolée ⁴³ fölismerhető = erkennbar = reconnaissable ⁴⁴ sejt = vermuten = se douter ⁴⁵ bódé = Bude = baraque ⁴⁶ alapít = anlegen = fonder ⁴⁷ kiábrándítani = enttäuschen = désenchanter



loco aperit librum et liber rursus de adventu insperato Domini loquitur, quando apostolo Thomae incredulo dicta erant verba illa memorabilia: «Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt et crediderunt».

Ioannes fessus demittit librum in mensam. Cubiculum parvum plenum est commotione. «Beati, qui non viderunt et crediderunt.»

Tum Andreas senex lente promit fumisugium de mensa, ut facilius loqui possit, et: «Nullo modo intelligere possum, — dixit, — quomodo non cognoverint Dominum. Oculi mei inter milia hominum cognoscerent».

— Iam tenebrae²⁶ factae erant, — arbitrabatur Ioannes, — ideo non cognoverunt.

Senex autem renuit²⁷ et tristis: «Quomodo non cognoverunt!» — iteravit.

Nemo respondit. Et in silentio ecce fenestrae pulsari coeperunt et fumarium²⁸ sibilans²⁹ tempestatem ortam furere significat. Brevi etiam «iunioribus»: Ioanni et uxori eius visum est domi manendum esse. Cecinerunt igitur canticum illud pulcherrimum:

*Pastores Bethlehem properantes
Adeunt Iesulum gaudentes...*

quo cantato, cum media nox iam exacta esset, dormitum ire placuit.

Et iam quies profunda tenebat domum, cum Maria e somno exclamans: «O quam dulcissimum somnium mihi ostendebatur!» — dixit.

— Cur non sinis me dormire et cur turbas me? — respondet ei Ioannes murmurans, — qui nunc ipsum cum apostolo Thoma colloquium habeo.

— Res mira, — respondit illa, — etiam mihi idem apostolus visus est. Et promisit nos cras Dominum visuros esse.


— Tibi quoque? — exclamat admiratione plenus Ioannes. — Nam mihi quoque dixit eadem verba.

Et illis tractantibus³⁰ utrum suscitarent³¹ senem, an non: «O mi Fili, — dixit ille, — etiam mihi promisit apostolus sanctus nos Dominum cras visuros esse». Et usque ad primam lucem vitabat³² oculos illorum somnus.

Finis sequetur.

²⁶ küszködni = sich anstrengen = être aux prises
²⁸ sötétség = Finsternis, Dunkel = sombre ²⁷ tagadólag
rázza fejét = mit dem Kopfe verneinen = faire non de


la tête ²⁸ a kémény = Rauchfang = la cheminée ²⁹ süvölteni = pfeifen = siffler ³⁰ tárgyal = besprechen = délibérer
³¹ felébresztteni = aufwecken = éveiller ³² kerülni vmit = vermeiden = éviter



LECTORIBUS MINIMIS.

Lectoribus minimis optimae ephemeridis, quae in usum iuventutis studiosae prodit Budapestini, Joannes Sambuccus salutem.

Ego meique condiscipuli, qui in Lucanensi gymnasio latinae linguae studemus, qua ephemeride



Theatrum Marcelli.

meride vos delectamini, et nos delectamur. Cuius ephemeridis operā vehementer speramus nos unā vobiscum consuetudinem¹ laetam coniuncturos¹ esse. Quod maxime gaudio nobis erit.

Etiam atque etiam valete!

Datum Lucani. Ante diem XIV. Kal. Dec. MCMXXXVI.

¹ érintkezésben állani = im Verkehr stehen = être en communication avec qn

Cāre amice!

Magno cum gaudio epistolam tuam accēpimus, ex quo vidēmus vōs quoque libenter legere ephemeridem, cui inscribitur «Iuventus»,

Nōs in societāte «Iuventus» appellata in scholā singulis mensibus convenimus et moderātōre ephemeridis, professōre nostrō dūce lectiōnēs delectatiōnis plēnās convertimus. Sic in linguā Latinā confirmāmur et quamquam Hungari sumus, tamen etiam vōbiscum libentissime facili² linguā² commercio² utemur.

In posterum quoque bonum labōrem cupientēs ego meique condiscipuli verā cum amicitia Hungaricā permanēmus vos nomine lectorum Hungaricōrum ephemeridis salutantes.

Ladislaus Keleti

(Budapestini Pridie Cal. Dec. MCMXXXVI)

² egymás megértésének könnyűsége = die Leichtigkeit sich zu verständigen = la facilité de se faire comprendre

De praesidibus

civitatum Americae foederatarum veteribus, cum Francinius Roosevelt cunctis¹ fere suffragiis¹ praeses creatus¹ est, iocosa quaedam a diurnariis in memoriam revocata sunt. Lincoln quondam rem³ publicam³ procul³ esse Maximiliani Cellan ducis⁴ belli⁴ cognitione³ declaravit, cuius factis ad rem publicam pertinentibus se haud contentum esse dixit.

«Ergo stultum me putas?» — rogavit ille irā incensus.

— Minime, domine, — respondit praeses, manumissor⁵ ille servorum celeberrimus risu cum leni — at me in hac re non errare haud affirmare audeo.


Guilelmus Hovardus Taft temporibus bello praecedentibus vir erat nimium magno corpore, cuius amplitudo⁶ in proverbii⁷ consuetudinem⁷ venit.⁷ Nimirum⁸ vestimenta quoque staturae convenienter ex multā materiā facta sunt. Taft unus erat ex praesidibus, qui maximo populi favore laetarentur. Aestatem in oris maritimis vico quodam parvo piscatorum⁹ transigere solebat, quibuscum cenatus¹⁰ diu colloquebatur. Aliquando, postquam in balneo¹¹ se lavit, domum ambulanti braciae¹² linteae saepe¹³ e filo¹⁴ aculeato¹⁴ cuiusdam piscatoris scissae sunt. Quibus visis piscator senex rogavit praesidem, ut bracas inutiles factas sibi donaret.

«Quomodo tu bracis scissis uti poteris?» — quaesivit Taft.

«Ex una parte — respondet ille — filiolae, ex altera filio vestes faciam. Reliqua autem parte ad vela¹⁵ naviculae facienda utar.»

V. Kósa (Budapestini).

¹ egyhangúlag megválasztani = durch einstimmige Wahl zum... erklären = élire à l'unanimité ² újságíró = Journaliste = journaliste ³ távol esik a látókörétől a politika = die Politik liegt etwas ausser seinem Gesichtskreis = la politique dépasse son horizon intellectuel ⁴ tábornok = General = général ⁵ felszabadító = Befreier = libérateur ⁶ nagy terjedelem = grosser Umfang = corpulence ⁷ közmondásossá válni = sprichwörtlich werden = passer en proverbe ⁸ persze = freilich = il va sans dire que ⁹ halász = Fischer = pêcheur ¹⁰ étkezés után = nach der Mahlzeit = après les repas ¹¹ fürdő = Bad = bain ¹² nadrág = Hosen = pantalon ¹³ kerítés = Umzäunung = treillage ¹⁴ tüskésdrót = Stacheldraht = fil de fer barbelé ¹⁵ vitorla = Segel = la voile



Millennium mysterii¹ antrorum Roquefortiensium.

Duo vici gallici urbibus et populis noti sunt propter caseum² ibi factum: *camembert* in Normandia, parte Galliae septentrionali,³ et *roquefort* meridiana in provincia⁴ Aveyron. Caseus «camembert» colore⁵ melleo⁵ turgescens⁶ a quādam femina, nomine Havel, inventus est, cui grata Normandia in oppidulo Vimoutiers ad Camembert monumentum posuit.

Quis autem caseum «roquefort» glaucis⁷ maculis⁸ inspersum⁸ excogitaverit, ne ipsi quidem rerum⁹ periti⁹ huius vici 1000 annorum saxis impositi sciunt, unde caseus iam saeculo VIII. usque ad Italiam exportabatur. Verisimile est hunc caseum veterioris originis esse, Romani enim iam saeculo I. p. Chr., temporibus Plinii senioris his bellariis¹⁰ delectabantur, quae non¹¹ nisi¹¹ e lacte ovium conficiuntur. Quod tamen

¹ titok = Geheimnis = secret ² sajt = Käse = fromage ³ északi = nördlich = septentrional ⁴ megye = Bezirk = departement ⁵ mézszínű = honiggelb = = jaune de miel ⁶ folyós = quellend = coulant ⁷ kékes-zöld = blau-grün = glauque ⁸ pettyekkel tarkított = marmoriert = marbré ⁹ szakértő = der Sachverständige = l'expert ¹⁰ csemege = Leckerbissen = friandise ¹¹ kizárólag = ausschliesslich = exclusivement

nondum naturam casei propriam explicat, quā ab omnibus aliis caseis statim distinguitur.¹² Experimentum iam factum est, si ex eodem lacte ovillo eādem, quā Roquefortienses soliti sunt, ratione¹³ utentes alibi in officinis opertis¹⁴ caseum praeeparare possent: sed eventus deerat. Nusquam caseus, nisi in speluncis rupium Roquefortiensium bene¹⁵ procedit,¹⁵ in quibus acer spiritus¹⁶ ac perflatus¹⁶ aëris¹⁶ naturalis et humor¹⁷ constitutus semper inveniuntur. 700 milia ovium mulgenda sunt, ut fere 12,000.000 chilogrammatum casei quotannis producantur.¹⁸ Agro pascuo¹⁹ ovibus in primis lata planities²⁰ in dorso montis porrecta,²⁰ fere indigens arboribus aquisque, ex usu²¹ est, quae nulli agriculturae utilis esse dicitur: 10.000 pastorum — quorum plurimi ultra 50. annum — greges custodiunt, atque mulgentium 30 milibus — feminis ac viris — opus est, ut tantam ovium multitudinem in dies lacte liberare possint.

Petrus Sárközy, disc. Rákócziani.

¹² megkülönböztetni = unterscheiden = distinguer ¹³ eljárás = Verfahren = méthode ¹⁴ zárt = geschlossen = couvert ¹⁵ sikerülni = gelingen = réussir ¹⁶ léghuzam = Luftzug = courant d'air ¹⁷ nedvesség = Feuchtigkeit = humidité ¹⁸ termelni = herstellen = fabriquer ¹⁹ legelő = Weideplatz = pâturage ²⁰ fennsík = Hochebene = plateau ²¹ szolgálni = dienen = servir

Andreas Maria Ampère, Francogallus, physicus et mathematicus anno 1775. Lugduni¹ natus et ante hos centum annos est mortuus Massiliae.² Hunc physicum egregium opera Lavoisierii hortabantur, ne studia relinqueret. Primum professor physicae et chemiae Lugduni scholas³ habuit,³ posthac academiae polytechnicae Parisiensis, postremo autem scholae, quae «Collegium Francogalliae» appellatur, professor factus est.

Certior factus de propinquitate magnetis et fluctus⁴ galvanici ab Oerstedio inventa, quae res origo fonsque experimentorum erat, tandem leges de vi⁵ mutuā⁵ fluctus galvanici invenit. Constituit etiam legem⁶ primam⁶ electricae dynamicae et multa excellentia opuscula⁷ studiosa⁷ scripsit. Nomen eius iam omnibus hominibus notissimum est, usus enim mensoris⁸ electrici⁸ de eo nominati, quo intensitatem⁹ fluctūs⁹ dimetiri possumus, memoriam magni indagatoris¹⁰ physicae in perpetuum conservabit.

Gabriel Pap disc. Agriensis.

¹ Lyon ² Marseille ³ előadásokat tartani = Vorträge halten = faire des cours ⁴ áram = Strom = courant ⁵ kölcsönös hatás = Wechselwirkung = effet réciproque ⁶ alaptörvény = Grundgesetz = principe ⁷ tanulmány = Abhandlung = étude ⁸ árammérő = Amperemeter = compteur ⁹ áramerősség = Stromstärke = l'intensité du courant ¹⁰ kutató = Forscher


Salse dicta.

I. Demonax, ille philosophus Cyprius — anno p. Chr. n. 84—170. — cuidam rhetori, qui orationes successu¹ carentes¹ habebat, suasit, ut meditaretur saepe, et arte dicendi se exereret. «Consilium tuum non intelligo, — inquit rhetor — quia domi solus semper declamo.»

— Ergo ob eam rem auditoribus orationes tuae displicent, quia stulti sunt?

II. Idem philosophus, cum hominem quendam pulcherrimā veste indutum superbire² animadvertisset,prehendit et: «Atqui istud», inquit, «ante te ovis gestabat et ovis erat».

III. Antisthenes praeclarus Graecus philosophus — anno a. Chr. n. 444—356. — un-



Amperometrum ferro molli instructum.

quam discipulis dixit: «Carnifex³ est homo melior tyranno».

Quamobrem? — interrogatus a discipulis: «Nam a carnifice solum sontes,⁴ sed a tyranno etiam insontes occiduntur» — respondit ille.

IV. «Pecunia nihil olet», hoc proverbium notum a Caesare Vespasiano dictum esse traditur. Nam Caesar temporibus reipublicae iniquis⁵

¹ sikertelen = erfolglos = sans succès ² fitogtatni = protzen = faire étalage ³ hóhér = Henker = bourreau ⁴ bűnös = der Schuldige = coupable ⁵ válságos = kritisch, gefährlich = critique, dangereux

vectigalia cloacarum Romanarum exigi iussit. Qui, cum filius Titus avaritiam ei obiceret,⁶ nummum aureum e vectigalibus cloacarum foetidarum⁷ exactis ad nares filii levavit, ut illum olfaceret.⁸ Tunc Titus pecuniam nihil olere dixit.

V. Maximilianus II., rex Bavariae — a. 1811—1864. — adhuc iuvenis Romae peregrinatus in pinacothecam⁹ cuiusdam mercatoris ingressus est. Empturus picturam pulcherrimam elegit, deinde a mercatore pretium picturae percontatus est. «Sessanta octo» (sexaginta octo) mercator ei respondit.

«Non — inquit regulus — non mihi nomen est Otto, sed Maximilianus».


Julius Vattamány (Üszög).

* szemrehányást tesz vmiért = Vorwürfe machen wegen ... = faire des reproches pour qch. ⁷ büzös = stinkend = puant ⁸ megszagolni = riechen = sentir ⁹ képtár = Gemäldesammlung = pinacothèque

Sancta nox, alma nox.

Carmen Germanicum, cui inscribitur: «Stille Nacht», scripsit Ios. Mohr (1818.), ad modos aptavit Franc. Gruber; metro servato in Latinum libere vertit prof. Kellogg 1922.

*Sancta nox, alma nox!
En te permeat¹ alma lux,
Suāve ubi vigilat parēns
Ad cūnās² pueri sedens,
Quem cēpūt sopor³ urgēns³
Divīnus superum.⁴*



*Nox silēns, innocēns!
Lūx post nūbila defluēns!
Audit pāstor ab angēlis:
«Salve, Rex hominum, venis!
Iēsus Christus adest! O
Iēsus Christus adest!».*

*Sancta nox, nulla vōx!
Dūc mē, stella, bēāta lūx!
Eōi⁵ veniunt magi⁶
Rēg(i) ut dona ferant vagi⁶
«Iēsus Christus adest! O
Iēsus Christus adest!»*

¹ áthatni = durchdringen = pénétrer ² bölcső = Wiege = berceau ³ mély álom = tiefer Schlaf = un profond sommeil ⁴ superorum = caelestium ⁵ keletről = vom Osten her = de l'Orient ⁶ vándorló bölcsék = Wandergelehrten = pèlerins (= les trois Mages)

Sorores Pauperibus Succurrentes

finem¹ propositum¹ peculiarem² habent, ad quem tendunt: alunt et sublevant pauperes et indigentes (mendicantes).

«Quomodo hoc faciunt? — quaerat quispiam. — Affluentes-ne sunt³ hae sorores religiosae divitiis?»

Quod haud possum affirmare. Magistratus cum curat, ut stipes⁴ hominum colligantur, tum etiam rationem⁵ habet⁵ pauperum et indigentium, quibus et alimentum et vestimentum et tectum praebere magistratu mandante⁶ sororibus supra dictis curae est. Quae publica⁷ egentium⁷ ex instituto⁷ cura⁷ norma Agriensis vel Hungarica vocatur, quia ab urbe Agria⁸ orta est. Primum enim Agriae hoc modo salutis mendicantium per P.⁹ Osvaldum Oslay Ofm.¹⁰ indultu¹¹ archiepiscopi Ludovici Szmrecsányi provisum est. Hungarica vero haec norma praecipue ab externis nominatur, quorum complures ephemerides normam Hungaricam laudibus efferunt (Schönere Zukunft, Das neue Reich, Germania, Kölnische Volkszeitung, Züricher Nachrichten, praeterea ephemerides Italicae et Anglicae).

Sacra Congregatio¹² de Religiosis¹² de collegio Sororum Pauperibus Succurrentium constituto¹³ certior facta his litteris gratulatur archiepiscopo Agriensi:

L. S.¹⁴ — Ex Secretario Sacrae Congregationis de Religiosis.

N. 8201—28. Datum Romae, die 27. februarii 1930.

Illustrissimo¹⁵ ac reverendissimo Ordinario¹⁶ Agriensi.

¹ életcél = Lebensziel = but de la vie ² különleges = besonder = particulier ³ bővelkednek = sind reich = abonder en qch ⁴ alamizsna = Almose = aumône ⁵ nyilvántartani = in Evidenz halten = tenir registre ⁶ megbízásából = im Auftrage = sur mandat de ⁷ intézményes szegénygondozás = institutionelle Armenfürsorge = entretien institutionnel des indigents ⁸ Eger ⁹ Patrem ¹⁰ ordinis S. Francisci Minorum ¹¹ jóváhagyásával = mit Genehmigung = avec l'approbation de ¹² a biborostestület szerzetesügyi bizottsága = Ausschuss des Kardinalkollegiums für Mönchswesen = la congrégation d'affaires monastiques du sacré collège ¹³ alapítás = Gründung = fondation ¹⁴ locus sigilli (pecsét = Siegel = sceau) ¹⁵ nagyméltóságú = Exzellenz = Excellence ¹⁶ érsek = Erzbischof = archevêque

Illustrissime ac reverendissime Domine!

Haec Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum¹⁷ Sodalium¹⁷ praeposita diligenter perpendit,¹⁸ quae Amplitudo¹⁹ Tua¹⁹ litteris sub die 9. Decembris 1929. datis exponebat de canonica²⁰ erectione¹³ novi Instituti²¹ Dioecesani,²¹ cui titulus «*Sorores Pauperibus Succurrentes*», cuiusque finis peculiaris erit alere ac sublevare pauperes et indigentes.

Pergratum²² itaque mihi est²² Amplitudini Tuae significare²³ ex parte huius S. Congregationis nihil obstare, quominus iuxta²⁴ formam in praefatis litteris propositam praesertim quoad²⁵ titulum, habitum²⁶ et finem peculiarem Instituti eadem²⁷ Amplitudo Tua ad canonicam erectionem Congregationis Religiosae iuris dioecesani deveniat.²⁸

Curet autem Amplitudo Tua, ut servatis praescriptionibus Coedicis Iuris Canonici ac prae oculis habito peculiari fine Instituti aptae edantur Constitutiones,²⁹ quibus eiusdem vita et regularis disciplina servari queat. Decreto³⁰ erectionis³⁰ dein edito ad²⁴ normam Instructionis³¹ S. Congregationis sub die 30. Novembris 1922. datae Amplitudo Tua ad hanc eandem S. Congregationem exemplar transmittere non³² dedignetur.³²

Cuncta Tibi fausta³³ a Domino³⁴ adprecor et permaneo Amplitudini Tuae illustrissimae ac reverendissimae

addictissimus³⁵ servus:

Vincentius La Puma secretarius.

¹⁷ szerzetestárs(ulat) = Ordensbruder = confrère
¹⁸ megfontolni = in Erwägung ziehen = peser ¹⁹ méltóságod = Euer Hochgeboren = Monseigneur ²⁰ egyházjogi = kirchenrechtlich = canonique ²¹ egyházmegyei intézmény = Institution des Kirchensprengels = une institution diocésaine ²² nagy örömmre szolgál = es ist mir sehr angenehm = j'ai grand plaisir à ²³ tudomására hozni = in Kenntnis setzen = porter à votre connaissance ²⁴ megfelelően = gemäss = conformément à ²⁵ vonatkozólag = in Bezug auf = concernant ²⁶ ruházat = Bekleidung = vêtement ²⁷ nom. ²⁸ hozzáfogni, fogatosítani = in Angriff nehmen, vornehmen = exécuter ²⁹ szabályzat = Statuten = statuts ³⁰ alapítási oklevél = Gründungsurkunde = charte de fondation ³¹ utasítás = Vorschrift = instruction ³² méltóztassék = geruhen =

daigner ³³ bona ³⁴ Deo ³⁵ készséges = ergebenst = dévoué
³⁶ árasztani = spenden = répandre

Congregatio Sororum Pauperibus Succurrentium brevi hoc temporis spatio sequentes residentias habet: 1. Agrariae (Eger). 2. Ludány. 3. Baja. 4. Ba-



N. Zrínyi in pugna moritur.

lassagyarmat. 5. Promontorii (Budafok). 6. Gyön-gyös. 7. Gyula. 8. Kecskemét. 9. Kiskunfélegyháza. 10. Kispeszt. 11. Makó. 12. Mohács. 13. Pestszent-erzsébet. 14. Pestszentlőrinc. 15. Rákospalota. 16. Szentes. 17. Szolnok. 18. Savariae (Szombathely). 19. Újpest. 20. Veszprém. 21. Ludány-Szécsény. 22. Budapestini (XIV, Ida-u. 4.). 23. (Győr-belváros). Jaurini. 24. Győr-gyárváros. 25. Jászberény. 26. Salgótarján. 27. Szekszárd.

Humiliter exoremus Regem Christum, ut elargiretur³⁶ congregationi Sororum Pauperibus Succurrentium gratiam coelestem ad munus suum pergrave rite perficiendum.

— ambo —

Librorum recensio.

Nicolaus Istvánffy: Carmina. Ediderunt *Ios. Holub et Lad. Juhász.* MCMXXXV. Lipsiae, B. G. Teubner. Pretium M. 3.60.

Hic liber 64 paginarum recentissimus fasciculus est Bibliothecae Scriptorum Medii Recentisque Aevorum (J. Fögel et B. Iványi moderantibus redigit L. Juhász, Szeged, Hungaria). 68 carminibus Latinis poëtae Hungarici (1538—1615) collectis in appendice carmina aliorum aequalium adduntur, quibus Nicolaum Istvánffy sine dubio non solum ingeniosorem, sed etiam fecundiorum fuisse constat. Iniqua tempora certaminum cum Turcis perpetuorum ex his carminibus cognoscuntur, quae collegisse atque introductione annotationibusque criticis instruxisse auctoribus rerum peritissimis laudi non

parvae esse quis neget? Hic carmen 32. de Nicolao Zrinyi scriptum publicamus, cuius facta etiam a Theodoro Körner in tragoedia laude decorata sunt.

32. Epitaphium¹ Nicolai comitis de Zrinio, qui 8. die Septembris a. 1566. in Zighet a Turcis est interfectus.

(21. Novembris, 1566., Zagrabiae.)

Pannoniae decus et patriae spes una ruentis
Nicolae iacet hic, quem stirps Serrinia quondam
Clara armis ducibusque vagas in luminis oras
Protulit insignem bellis et Marte potentem.
Testis Dalmatiae littus testesque Triballi²
Illyricque Dacaeque et ripa binominis Istri.³
Sed quid hoc? Oceanus, latum qua terminat orbem,
Hic, dum crudeli Zighetum tutatur ab hoste,
Heu pietas, frontem traiectus glande⁴ serenam
Occubuit pugnans; caput a cervice revulsum
Turca ferox natis misit, qui deinde gementes
Illud marmoreo clausurunt rite sepulchro,
Caetera membra prius victor tumulaverat hostis.
Et licet extinctum diro sit vulnere corpus,
Factorum sed fama vigens ereptaque leto
Gloria venturis semper memorabitur annis,
Dum sol ex alto terris radiabit Olympo.

¹ sirirat = Grabschrift = épitaphe ² thrák néptörzs
Szerbiában = thrakischer Volkstamm in Serbien = tribu
thrace en Serbie ³ az alsó Duna = die Unterdonau = le
Bas-Danube ⁴ puskagolyó = Flintenkugel = balle de fusil



Iocosa.

1. Enumera mihi nonnulla animalia fortial
— alloquitur magister puerum.

— Leo, tigris, piscis... — incipit puer.

— Cur sit piscis animal forte? — interrumpit eum magister admirationis plenus.

— Quia sanguinis frigidi est — respondit ille.

2. Pater promisit filio *quinque* denariōs, si ex nulla re, quae in schola docentur, notam insufficientem¹ refert. Nebulo² autem ille *quattuor* insufficientes domum fert. «An tibi — interrogat pater — debentur *quinque* denarii?»

— Ut etiam tibi gaudium fiat, pater, da mihi tantum *unum* denarium!

3. Homo misericors, quem valde miserebat paganōrum,³ tenuitatem⁴ eorum pecuniā sublevaturus⁵ circumibat amicōs et alios quoque omnes, quōs cognoscebat, ut nonnullōs nummulos⁶ colligeret.

— Ne unum quidem do! — respondet illi quidam duri cordis.

— Sit venia verbo, erravi, — ait ille paratus⁷ ut hominem pudore⁸ afficiat⁸ — paganōs non rogare, sed adiuvere volo. En tibi hōs nummulos!

Ladislau Michálsik (disc. gymn. Acad. Bpest.).

¹ elégtelen = ungenügend = insuffisant ² semmirekellő = Taugenichts = vaurien ³ pogány = der Heide = païen ⁴ nyomorúság = ärmliche Lage = misère ⁵ enyhíteni = erleichtern = soulager ⁶ fillér = Heller, Pfennig = liard ⁷ talpraesetten = schlagfertig = prompt à la repartie ⁸ megszényiteni = beschämen = rendre honteux

1. Francis Iammes poëta illustris Franco-gallicus fuit. Aliquando fama mortis eius per-vulgata¹ est, cum poëta maxime aegrotus erat. Amicus quidam repente ei hoc telegramma mitti iussit: «Carissime! Audivi famam mortis tuae. Incredibilis est. Precor te, hanc famam confirmes!»

2. Ioannes Hunyadi magnus imperator Hungaricus, a praefecto² militum² rogatus: «Suntne Turci multi?» — hoc respondit: «Tibi non licet hoc interrogare. Alius collegarum tuarum ad me veniens non rogavit: «Multine hostes sunt?» — sed: «Ubi sunt hostes?»

Praefectus militum pudore³ affectus³ abiit.

Emericus Markó disc. Keszthelyensis.

¹ széltében elterjedt = wurde allgemein bekannt = se répandit ² tiszt = Offizier = officier ³ megszényenülten = beschämt = honteux

Theatrum rusticanum ad fabulam¹ agendam² se parabat. In fabula multi homines necandi erant, ideo nonnullos satellites³ ad partes⁴ agendas conduxerunt.⁵ In actione unus ex satellitibus, iam senior, primus interfectus est. Ille, ut natura fert, statim in terram corruit, in quem mox proximus satelles procidit. Diu ibi iacendum erat et senex ille iam maxime sub onere magno anhelans⁶ satelliti superincubanti ait: «Serpe iam de me, amice, quia statim vitā⁷ in scena defungar.»⁷ — «Alter respondet: «Iam quomodo de te serpere possum, cum ego mortuus sim?»

Lucas Erdei disc. Agriensis.

¹ szindarab = Schauspiel = pièce ² előadás = Auf-führung = représentation ³ hajdú = Trabant = heiduque ⁴ szerep = Rolle = rôle ⁵ felfogadni = dingen = engager ⁶ szuszog, liheg = schnaufen = haleter ⁷ végem van = es ist aus mit mir = je vais expirer sur-le-champ

Alexander Petöfi: Carmen.

*In cunis¹ vagit² infans vigilans,
— Cunas ante
Nutrix canit — dormire sic solet
A carmine.*

*Labore natus puer lacrimans:
Dolor gravis,
Versus scribo, sopiō³ versibus
Me ipsum meis.*

Latine reddidit Steph. Boross dr. (Mezőtúr.)

¹ bölcső = Wiege = berceau ² ri, kiabál = schreit,
weint = vagit ³ elaltatni = einschläfern = assoupier

Inventa Hungarica.

Ramenta sulfurata¹ ab Hungaro Ioanne Irinyi inventa sunt, qui anno 1836. civis² academiae² polytechnicae³ Vindobonensis experimentis suis, ut igniarium¹ flammam conciperet, effecit. Urbs Budapestinum ad centenarium huius inventi vicum novum prope aream³ rotundam³ Nicolai Horthy dictam de Ioanne Irinyi nominavit. Syndicatus⁴ igniariis⁴ faciendis⁴ tabulam opere⁵ caelato⁵ ornatam in memoriam Irinyi ab sculptore Horvay factam in muro domūs (num. 6. in area Eskü), ubi ante centum annos officina Ioannis Irinyi nostri steterat, poni iussit.

Etiam inventum magni momenti in arte⁶ typographica :⁶ machina typhotetica⁷ ad Hungarum Iosephum Kliegl fabrum⁸ claustrarium⁸ in oppido Baja natum reduci potest, qui post multa experimenta anno 1838. machinam typhoteticam primam confecit, cuius archetypus⁹ in cella subterranea Musei Nationalis Budapestinensis conservatur. Quamquam causam fabri nostri homines illustrissimi, ut Ludovicus e comitibus Batthyány, Fr. Pulszky, Iosephus e baronibus Eötvös, poëta ille maximus: Vörösmarty etc. suscipiebant, etiam subventio¹⁰ publica conciliata, pecunia quoque ei collecta est, tamen machina typhotetica subsidiis¹¹ technicis carens haud ex Hungaria in orbem terrarum proficisci potuit. Kliegl a. 1870. Budapestini inopia maximā mortem

obiit. Etiam machinam¹² arithmetica¹² construxit, invenit navem¹³ vapore¹³ actam,¹³ viam¹⁴ ferratam,¹⁴ quae ipsa virgas¹⁵ ferreas¹⁵ deposuerat et denuo post se sustulit. Etiam experimenta faciebat, ut clavichordium¹⁶ inveniret, quod modos¹⁷ musicos¹⁷ ex tempore



Loca, quae Madrito circumiacent (pag. 51).

factos¹⁷ statim notis musicis describere posset. Circulus fabrorum (opificum) regionis I. Budapestinensis a. 1938. ex occasione congressus mundani typographorum festum¹⁸ centenarium in memoriam Kliegli acturus¹⁹ est.


¹ (kénes) gyufa = Streichhölzchen = allumette ² mü-
egyetem hallgató = Hörer des Polytechnikums = poly-
technicien ³ körtér = Rotunde = rond-point ⁴ gyufa-
kartel = Zündholzkartell = le cartel des allumettes ⁵ dom-
bornú = Relief = relief ⁶ nyomdászat = Buchdrucker-
kunst = art typographique ⁷ szedőgép = Setzmaschine =
machine à composer ⁸ lakatos = Schlossermeister = ser-
rurier ⁹ eredeti példány = Original = archétype ¹⁰ segély
= Unterstützung = subvention ¹¹ segédeszköz = Hilfs-
mittel = moyen ¹² számológép = Rechenmaschine = ma-
chine comptable ¹³ gőzhajó = Dampfschiff = bateau à
vapeur ¹⁴ vasút = Eisenbahn = chemin de fer ¹⁵ a sine-
ket = die Schienen = les rails ¹⁶ zongora = Klavier =
piano ¹⁷ rögtönzött zenei ötleteket = musikalische Impro-
visationen = improvisations musicales ¹⁸ ünnepet ren-
dezni = eine Feier veranstalten = préparer une fête

Hypatia.

(21.)

Scriptis *C. Kingsley*. Hungarice reddidit *A. Zsigány*. Excerptis atque in Latinum convertit: *Valentinus Fehér* (Strigonii).

Postquam brachia supplex ad spectatores extendit, subito genua elephantis informia circumplexa, eum oravit, pedes eius crassos⁴⁷ deosculans. Spectatores dubitabant, bestia non item; nam placide demissā proboscide Philammonem in terra posuit. Servi accurrentes eum ex harena extrudunt per posticam⁴⁸ ianuam, in viam eiiciunt. Intus plebecula pedibus sup-
 plosis⁴⁹ furebat. Multi in harenam desiliebant,



ut Pelagiam percuterent, sed custodes mature puellam exanimem⁵⁰ e circo foras extulerunt.

Orestes iratus labra⁵¹ momordit. Nam hoc casu necopinato omnia eius consilia plane fractum iri⁵² videbantur. Sentiens aliquid sibi faciendum esse, ni omnia perire vellet, rerum desperatione adductus in rem audacissimam descendit.⁵³ Celeriter in stabulum circo decurrere, ubi iam equus stabat sellaris,⁵⁴ eum conscendere, in harenam invehī citato cursu. Ibi constitit ante templum et cornicinibus manu significavit. Statim altum fit silentium. «Viri Macedones — orditur Orestes —, ne vos exasperet⁵⁵ stulta libido⁵⁶ vilis saltatricis. Fuit tempus, cum Alexandria, haec urbs praeclarissima, quam maximus Macedoniae atque adeo Graeciae et totius orbis rex, Alexander ille clarissimus condiderat, non ministra, sed aequalis aemula⁵⁷ Romae esset. Hoc nunc tempus rediit, viri fortes Macedones. Honorius enim non am-

plius regnat: solium imperatorum habet Heraclianus, qui Romā superatā me, servum vestrum humillimum, iussit Alexandriae imperare aequalem sibi collegam.»

Plausus clamoresque hominum mercenariorum⁵⁸ caelum terramque impleverunt. «Ave imperator» sonuit undique et iam patricii quoque ad ardorem animorum accedebant, cum in loco mulierum vox magna intonuit: «Non est verum! Verba eius sunt mendacia!» Homines attoniti inter se conspiciunt et oculos in cancellos⁵⁹ elevarunt. «Mentitur! — sonat prior vox. — Falsis nuntiis deceptus vos fallere vult.»

— Eicite nebulonem! — clamat Orestes dentibus frendens. — Evellite linguam eius!

— Mentitur — iterat vox prior. — Heraclianus enim ad Ostia protritrus⁶⁰ vix furtim Carthaginem fugere potuit.

Altum fit silentium. Primum nemo vicinum aspicere audebat. Dein tam effrenatus⁶¹ ortus est tumultus, ut Orestes timore perterritus e circo se eiiceret et praetorianos viam per turbam facere iuberet.

VI. Philammo et Pelagia.

Philammo diu torpidus¹ in via vacua stabat. Tum ad domum Gothorum accurrens portam pulsavit.² Cum nec Pelagia, nec Vulfius domi essent, Philammo exspectare coactus est. Tandem semihorā³ post venerunt Gothi, sed et Amalricus et Vulfius et Smidius aberant. Philammo ad Godericum aggressus interrogavit, ubi esset Vulfius. «Facesse⁴ hinc, Graece canis! — increpat ille. — Satis nobis unā cum sorore dedecoris attulistis.» Tam cito gladium strinxit, ut Philammo, nisi celeriter seorsum absiluisse⁵, e vestigio⁶ percussus esset; et

⁴⁷ vastag = dick = gros ⁴⁸ hátsó = Hinter = de fond ⁴⁹ toporzékolva = stampfend = trépignant ⁵⁰ ájult = ohnmächtig = évanoui ⁵¹ ajkait = Lippen = lèvres ⁵² halomra dólni = hinfällig werden = s'écrouler ⁵³ magát elszánni = sich entschliessen = se décider ⁵⁴ nyerges ló = Sattelpferd, Reitpferd = cheval de selle ⁵⁵ felháborítani = empöeren = révolter ⁵⁶ szeszély = Laune = caprice ⁵⁷ vetélytárs = Rivalin = rivale ⁵⁸ megfizetett = besoldet = payé ⁵⁹ Karzat = Galerie = galerie ⁶⁰ tönkre verni — bezwingen = écraser ⁶¹ féktelen = zügellos = déchaîné

¹ bódult = betäubt = hébété ² zörget = klopfen = frapper ³ félóra = halbe Stunde = demi-heure ⁴ takarodj = pack'dich = va-t'en ⁵ félreugrani = wegspringen = se jeter à côté ⁶ nyomban = sogleich = aussitôt

priusquam quaerere potuit, cur irasceret, ianua post Gothos oclusa est.

Viae frequentiores⁷ esse coeperunt. Fideles Cyrilli, fanaticum vulgus Christianum, cum satis iam compertum haberent⁸ Heracliani victi Orestisque fractam esse potestatem, occasione usi sunt ad turbas movendas. Philammo monachos timens per angustas semitas⁹ et angiportus¹⁰ domum rediit. Cum ostium cubiculi patefecisset, obstupefactus in limine constitit: nam a feminā ricis¹¹ velatā exspectabatur. Pelagia (ea enim erat) pro eo, ut responderet, in collum eius invasit: «Scire debebam te esse fratrem meum — ait Pelagia, — nam a primo die, quo inter nos convenimus, mihi tamquam insurrabatur¹² te mihi iam notum esse atque amatum.»

Philammo sororem in una sede, quae erat in cubiculo, ponit: «Nunc iam, — inquit — cum Deus nos contraxerit, nunquam amplius inter nos discedemus. Nonne mecum venies longe, tam longe, ubi ne famam quidem audiamus huius urbis flagitiosae tuorumque Gothorum?»

— Ah ne hoc dicas — clamat territa Pelagia. — Opta, quod vis, modo ne, ut Amalricum deseram. O ne mihi irascaris. Quid de me fiet, si tu quoque me domo exturbaris,¹³ quemadmodum ab Amalrico sum exturbata, propterea, quod non saltavi!

— Itaque nihil te iam hic retinet.


— Non ita — interfatur Pelagia. — Non id volo, sed ut ego quoque colar aestimerque ab hominibus, sicut Hypatia honoratur. Tu cum sis eius discipulus, adi sis¹⁴ eam, quaeso et interroga, velitne me quoque docere. Volo discere ab ea secretum, cuius possessio honorem laudemque hominum parat.

Philammo dubitabat. Cum enim sciret Hypatiae odio esse Pelagiam, putabat frustra se aditurum; sed tanto magis a Pelagia urgebatur: «Adi, quaeso. Ego novi ex Maria Hypatiam esse pauperem obrutamque¹⁵ aere¹⁵ alieno.¹⁵ Affer ei mea ornamenta, margaritas, armillas». Et ornamenta sibi derepta omnia in purpurea capsula¹⁶ posuit. Philammo acceptā capsulā tacitus ire coepit ad Hypatiam, quae in vicina domo habitabat. Gradus erant completi militibus: praefectus enim custodiam in domo collocaverat veritus, ne plebecula Hypatiam invaderet.

At Hypatia nemini accessum dedit,¹⁷ et Theo dissuasit, ne filia sua Pelagiam conveniret. Tum Philammo capsulā ante oculos Theonis oblatā dixit: «Pelagia tibi hanc mittit. Sive hanc tua filia acceperit, sive repudiaverit, ornamenta tibi habere licet».

(Ad numerum proximum.)

⁷ népes = zahlreich besucht = populeux ⁸ biztosan tudták = gewiss wussten = ils étaient sûrs que ⁹ ösvény = Fusspfad = sentier ¹⁰ sikátor = Nebengässchen = ruelle étroite ¹¹ fátyol = Schleier = voile ¹² sügni = zuflüstern = souffler; révéler ¹³ kikergetni = wegzagen = chasser ¹⁴ si vis ¹⁵ eladósodott = steckt in Schulden = endetté ¹⁶ tok, táska = Behälter = écrin ¹⁷ fogadni = empfangen = recevoir



Solutiones aenigmatum numeri III.

1. Tantae molis erat Romānam condere gentem (Verg. Aen. I. 33).
2. Lepus—lupus.
3. Carpe (diem), caeli, donum. — Cecid-, raesn-, e diem.
4. Hungaria sine dubio iterum integra erit.

Aenigmata recte dissolverunt: I. Discipuli: Franciscus Apor, Ferdinandus Debreczeni, Nicolaus Mátyás, Josephus Szilágyi, Zoltanus Szírovicza, Szegedinenses, Margaretha Steiner, Irma Jámbor, Helena Szabó, Eva Dobó Jaurinenses. Stephanus Okolicsányi Agriensis. Gabriella Henzer, Margaretha Gyimesy, Ios. Kaptay, Gabriel László, Amalia Marschall Tatani, Helena Tüdös, Andreas Péter, Franciscus Andó, Esther Domokos, Magdalena Steiner, Ludovicus Vályi, Zoltanus Nagy, Helena Altmann, Franciscus Tóth, Barnabas Zsigmond Szeghalomenses, Petrus Vályi, Ludovicus Jámbor, Ludovicus Porpáczy Savariensis, Paulus Kristek, Desiderius Törley, Ioannes Follinus, Zoltanus Kiss, Stephanus Szerényi (Emericanum). Irene Lenkei, L. Ofner, Sus. et Anna Büchler (Theresianum), Olga Kunczer (Veresianum), And. Klein (Fayanum), I. Wolkóber (Madáchianum) Budapestinenses. P. Sacher, B. Szécsi, M. Kapovits, P. Gergely, T. Kantár, Fr. Kocsis, C. Wolf, P. Agócsi Szegedinenses, Valeria Albrecht, Alex. Berényi, And. Uskert Tatani. — II. Alii: Otto Schmied Vindobonensis, doctor med. K. Flesch Reichenauensis.

Praemium sorte Ioanni Kaptay, Ioanni Follinus, Margarethae Steiner, Helenae Tüdös et doctori Flesch obvenit.

1.

In eodem claustro lepores pullique unā vivebant. Cuncta animalia inclusa viginti pedes et septem capita habebant. Quot lepores et quot pulli claustro inclusi erant?

Editha Bátori disc. Theresiani (Bpest).


2.

.. lud	.. que
.. git	.. manus
.. do	.. ina
.. rdium	.. usculus
.. rites	.. men
.. rtim	.. ores
.. go	.. lauda
.. diculus	.. mentum
.. oneo	.. egina
.. lum	.. braculum

Ios. Klein disc. Debrecinensis.

Litterae, quae desunt, versum Ovidii dant.

3. Dissolvendum ad saltum caballi.

UT	CE	E	NT	S	A	T
	E	I	M	E	E	I
R	S	FE	M	T	E	S
M						

Elisabetha Fikár, disc. Kaposváriensis

4. Crux magica.

I. II. III. IV.





I.						
II.						
III.						
IV.						

AAAAAA DDD EE
EE GGGG IIII L
N OO RRRR T VV

- I. Quid factis fortibus paratur?
- II. Hoc verbum valet: «dona dare.»
- III. Obtingit duci, qui amatur.
- IV. Est tale pratum neque mare.

Otto Schmied Vindobonensis.

5.

1		2		3
				
4				x
				
5				

Ad libram:

- 1. Instrumentum oppugnandi.
- 4. Adulescens.
- 5. Quod non ubique inveniri potest.



Ad perpendicularum:

- 1. Talis sapor non est iucundus.
- 2. Pluvia aestiva.
- 3. Dativus nominis, quod rupem significat.

Theodorus Hossza disc. Miscolciensis.

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum
Cal. Febr.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt.



Corrigenda numeri 3. (Nov.): pag. 34.: pro: «adventum esse» lege: «advenisse»; pro: «percrebuit» lege: «percrebuit»; pag. 35.: pro: «argentum» lege: «argenteum»; pag. 39.: pro: «carissima» lege: «carissime»; pro: «pecunium» lege: «pecuniam»; pag. 44.: pro: «iudicavit» lege: «iudicaverunt».

Vocabularium latinitatis modernae 6 milia verborum continens curante Josepho Wagner iam sub prelum missum est et mense Ianuario prodibit. Pretium P 1.50 non superaturum esse verisimile est. Praenotationes iam nunc ab administratore nostro Al. Regényi accipiuntur. — Inopiā spatii de epistolis hic referre non possumus, quod proxime facturi sumus. — Cum permulta iam crucigrammata et aenigmata ad saltum caballi edenda habeamus, lectores rogantur, ut alia quoque genera aenigmatum colant.

Omnibus nostris lectoribus amicisque omnia fausta his festis Christi nati sollempnibus precamur.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)